Quelle: http://manuscripta.at/?ID=387
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

lem sicut et ipse in lumine est. societatem habemus ad inuicem.
In lumine ambulemus sicut et ipse est in lumine. ut possimus so
cietatem cum illo habere. Quid faciemus de peccatis? Audi quid
sequitur. Et sanguis ihu xpi filii eius purgabit nos ab omni delic
to. Si enim securi cautionem contra nos seruauimus diabolus tene-
bat. Si sanguine xpi deleta est. Sanguis inquit filii eius purga
uit nos ab omni delicto. Adtendite ecce iam in nomine xpi per
sanguinem crucis dni. quem nec confessi sunt isti qui appellantur in
fantes mundata sunt omnia peccata ipsorum. Veteres intrauerunt. no
ui exierunt. Quid est uetteres intrauerunt. noui exierunt. senes
intrauerunt. infantes exierunt. Senectus enim uetusta uetusta
est. Infantia aut generationis noua uetta est. Sed quid faciemus? Pecca
ta preterita donata sunt. non tantum ipsis. sed et nobis. Et post donationem
et abolitionem omnium peccatorum uiuendo in hoc seculo intemptationem
quedam forte contracta sunt. Id do quod potest homo faciat. ipse efficit
aut quod est. ut ab illo curet qui semper est quod est. Ipse enim est. et est.
Nos non eramus. et sumus. Vide enim quid dicat. Quod si dixerimus. quia peccatum non habemus. nosmetipsos seducimus. et ueritas in nobis non est.
Ergo si te confessus peccatorem fueris. est unde ueritas. Nam ipsa
ueritas lux est. Non dum perfecte splendunt uitta tua. quia insunt
peccata. sed tu iam illuminari cepisti. quia in te confessio peccatorum.
Vide enim quid sequatur. Quod si confessi fuerimus delicta nra. fidelis
est et iustus ut dimittat nobis delicta nra. et purget nos ab omni
iniquitate. non tantum preterita. sed et si qua forte contraximus
ex hac uita. quia non potest homo quamdiu carnem portat non
habere et leuia peccata. Sed leuia ista que dicimus noli contemnere.
Si contempnis quomodo appendis. ex pauesce quomodo numeras. Leuia
multa faciunt unum grande. Multe gutte inplent flumen.
Multa grana. faciunt massam. Et quis spes est. Ante omnia con
fessio. ne quisquam se iustum putet. et ante oculos dei qui uidet quod
est. erigat ceruicem homo qui non erat. et est. Ante omnia ergo confessio.

Magna securitate dedit dis; Merito pasca celebremus fuse sanguis dni q purgam ab omni delicto;